

iudex Nicolaus de Venusio

68

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

iudex Nicolaus de Venusio

68

1489-05-27

† In nomine Domini nostri Iesu Christi amen.
Anno a nativitate eiusdem millesimo quatricentesimo octuagesimonono. Regnante... Ferdinando Dei gratia Sicilie, Ierusalem et Hungarie rege, regnorum... eius anno tricesimoprimo,... mense Madii, die vicesimoseptimo eiusdem, septime indictionis, Mathere.

Nos Nicolaus Venusius Aromatarius de dicta civitate,... per totum regnum Sicilie citra farum regia auctoritate ad contractus iudex, Andreas de Passarellis de dicta civitate,... publicus ubilibet per totum regnum Sicilie citra farum regia auctoritate notarius, Gaspar de Donato, dominus Antonius de Duce, notarius Gulielmus de Gorrizio, Antonellus de Perro et notarius Petrus de Leone, testes... de affata civitate,... notum facimus... quod... constitutis... Gaspare de Tanciis de eadem civitate... et... Iacobo Antonii de Cataldo de eadem civitate,... agente tam pro se... quam nomine et pro parte Cosime et Pascalis eius fratuum et coheredum quondam Antonii de Cataldo eorum patris,... prefatus Gaspar... asseruit... habere... petiam unam terrarum laboratoriarum, capacitatis robarum vigintiquinque ad comunem et generalem mensuram Mathere, ad tomulos quatuor pro qualibet roba, cum quodam paleare petris fabricato... intus dictam petiam terrarum, sitam... in tenimento... Mathere, in contrata vulgariter dicta Petrurio Regiosio, iuxta alias terras ipsius Gasparis de Tanciis, vallone et legale aquarum Fontanelle de Rosella mediante, iuxta terras Thomasii Petri de Iacobo, iuxta terras dictorum Iacobi, Cosime et Pascalis;... et placuit eidem Gaspari vendere... dictam petiam terrarum... Qua propter... vendidit... prefato Iacobo Antonii de Cataldo...

supradictam petiam terrarum... pro... pretio unciarum
tresdecim...

† Ego Nicolaus Venusius regius qui supra ad contractus
iudex predicta fateor vera esse et me subscripsi † Ego
Gaspar Donati qui supra testis testor † Ego Antonius de
Duce de Mathera qui supra testis testor † Ego notarius
Guillelmus de Gorrisio qui supra testis testor † Ego
Antonellus de Perro qui supra testis testor † Ego notarius
Petrus de Leone qui supra testis testor